

## SELECCIÓN DE TEXTOS LATINOS ADAPTADOS

(Extraídos de *Medias in res! Latein für den Anfangsunterricht* . Veritas Verlag, Linz 2012 )

### 1. Quis Iovem non amat?

Iuppiter scit: "Puella me, deum summae potestatis, certe timet." Itaque id consilium capit: Mercurium, nuntium deorum, ad se vocat et ei imperat: Propera, mi fili, ad montem, ubi boves regis sunt, et duc eos ad litus!" Mercurius statim paret: Nam is



Iovem adiuvare et eius iussa conficere solet. Paulo post boves ad eundem locum veniunt, ubi regis filia cum virginibus ludere solet. Nunc Iuppiter se in taurum niveum convertit et se multitudini bovum immiscet. Europa taurum niveum statim conspicit. "Videte eum taurum summae pulchritudinis!", clamat amicasque interrogat: "Quis vestrum iam taurum tam pulchrum vidit?" Europa, quamquam primo taurum magnum tangere timet, tamen ad eum appropinquat, deinde corpus eius palpat, postremo etiam in eius tergo sedere audet. Iuppiter gaudet et

cum onere grato in litore ambulat. Sed subito terram relinquit et mox iam in mari est. Virgo, quod amicas videre non iam potest, nunc magno in timore est. Deus autem eam secum per mare in Cretam insulam portat.

### 2. De Cadmo.

Dum Iuppiter Europam, virginem magna pulchritudine, secum per mare portat, Agenor rex Cadmo filio imperat: "Propera et quaere Europam! Sine ea domum redire tibi non licet." Cadmus paret et diu Europam quaerit. Quod autem virginem videre non potest, ad Apollinem deum venit: "Aduva me!", clamat. "Monstra mihi patriam novam!" Et deus bovem pulchrum mittit. Is bos Cadmum per terras ducit. Ubi autem bos considit, Cadmus oppidum novum aedificare constituit. Quod primo deis bovem immolare in animo habet, amicos ad fontem mittit. Ibi autem draco mirae magnitudinis habitat et statim multos eorum occidit. Paulo post Cadmus, quod amicos neque videt neque eorum voces audit, ad eundem fontem properat et corpora amicorum draconemque conspicit. Cadmus, vir summae virtutis, cum eo dracone pugnare audet. Diu pugnant neque alius alium vincere potest, postremo autem Cadmus draconem necat.

### 3. De Minotauro.

Theseus e patre quaerit: "Cur parentes liberos suos in Cretam mittunt?" "Filiis filiasque ad monstrum, quod nihil nisi liberos devorare solet, mittere debemus", pater respondet. "Quod monstrum liberos nostros devorat?", Theseus interrogat. Nunc de Minotauro, cui caput tauri et corpus hominis est, audit. Statim Theseus, qui pericula non timet, monstrum interficere constituit. Itaque eandem navem, in qua liberi miseri sunt, ascendit et in Cretam insulam navigat.

Ibi Ariadna, filia Minois regis, Theseum conspicit. Quod is adulescens summae virtutis ei maxime placet, Ariadna Theseum iuvare constituit. Nam bene scit: nemo, qui labyrinthum intrat, exitum invenire potest.

Itaque Daedalus, qui labyrinthum aedificavit, magna cura interrogat: "Quomodo Theseus labyrinthum relinquere potest? Nisi tu eum adiuvas, exitum invenire non potest." Itaque Daedalus Ariadnae filium dat. Id filium Theseus, dum labyrinthum intrat monstrumque quaerit, devolvit et mox medio in labyrintho Minotaurum invenit. Eum gladio interficit et deinde auxilio filii labyrinthum relinquere potest. Deinde Theseus cum liberis Ariadnaque navem, quae iam parata est, ascendit atque in patriam navigat. Sed mari Theseus secum cogitat: "Ariadnam in matrimonium ducere non possum, nam filia regis hostium est." Itaque puellam in Naxo insula, dum dormit, relinquit et sine ea domum navigat.



#### 4. De Daedalo et Icaro.

Daedalus, qui iam multos annos in Creta est, amore patriae commotus cum Icaro filio insulam relinquere cupit. Itaque a Minoe rege petit: "Da nobis navem! In patriam nostram navigare in animo habemus." Sed Minos Daedalum, qui manibus suis non solum artificia pulchra, sed etiam multas res utiles summa arte conficere potest, in insula retinet.

Daedalus autem secum cogitat: "Quomodo tamen fugere possumus?" Casu, dum ambulat, nonnullas pennas invenit consiliumque capit: Pennas colligere ac cera coniungere et ita alas facere constituit. Nonnullos dies laborat, tum opus suum conficit et filium vocat.



"Vide, mi fili, alas nostras!" inquit. "Eis Cretam relinquere et patriam petere possumus." Deinde filium, quod iam meridies est et sol medio in caelo est, monet: "Si soli appropinquas, cera, quae pennas coniungit, tabescit." Deinde Daedalus Icarusque alis suis Cretam per caelum relinquunt. Icarus sine metu post Daedalum volat. Denique autem verba patris neglegit: altius atque

altius contendit et solem petit. Is alas pueri solvit et Icarus de caelo in mare cadit. Daedalus, quod filium post se non iam videt, clamat: "Icare, Icare, ubi es?" Tum autem primo pennas et deinde corpus filii mortui in aqua conspicit.

#### 5. De Neptuno irato.


Iovi cum Europa, quae in Creta insula habitat, filius nomine Minos est. Post nonnullos annos Neptunus deus Minoi, qui nunc rex eius insulae est, taurum eximia pulchritudine magnitudineque mittit et imperat: "Immola mihi eum taurum!" Minos autem, quod is taurus ei maxime placet, non paret, sed unum ex suis tauris immolat. Itaque deus iratus Minoem ita punit: Pasiphae taurum Neptuni maxime amare incipit. nemo eam amore tauri liberare potest. Denique, quod ab eo tauro etiam filium concipere cupit, Pasiphae a Daedalo auxilium petit. Post nonnullos dies Daedalus feminae suum opus novum monstrat: vaccam ligneam. In ea Pasiphae paulo post a tauro filium concipit. Homines autem, qui eum filium conspiciunt, statim sciunt: pater eius non est Minos, nam ei animali caput tauri est.

## 6. De Orpheo et Eurydice.

Orpheus, clarus cantator ille, et homines et animalia carminibus suis delectare solebat. Sed non solum animalia, sed etiam arbores et saxa appropinquabant, dum Orpheus voce pulchra canit. Olim Orpheus Eurydicem, quam maxime amabat, in matrimonium duxit, sed paulo post serpens illam necavit. Magnus fuit dolor Orphei. Diu flebat dolebatque, denique ipse in Tartarum descendere constituit.

Plutonem et Proserpinam, regem reginamque Tartari, petivit eorumque animos carmine movere temptavit. Postquam de amore suo et de doloribus magnis cecinit, cunctae umbrae mortuorum flebant. Etiam Tantalus aquam frustra haurire desiit et Sisyphus in suo saxo consedit. Orpheus carmine suo Proserpinam quoque Plutonemque, quibus amor ignotus non erat, movit. Itaque regina Eurydicem vocavit et ad Orpheum dixit: "Hac condicione uxorem tibi reddimus: dum iter in terram summam facis, tibi oculos ad illam vertere non licet. Si post te respicis, Eurydicem iterum amittis."

Itaque Orpheus cum Eurydice domum Plutonis reliquit et per vias longas ac opacas terrae iterum appropinquabat. Iam solis lucem vidit, cum verba Proserpinae neglexit et caput ad uxorem vertit. Ea statim in Tartarum relapsa est. Ipse autem ad terram redire debuit.



## 7. De Cleopatra.

Antonius, dum in oriente bellum gerit, cum Cleopatra, regina Aegypti, convenit. Quod ea mulier et pulchritudine et prudentia sua amorem imperatoris excitavit, Antonius Alexandriae manebat. Amore Cleopatrae adductus etiam fines latos, quos milites Romani expugnaverant, reginae dono dedit et ita regnum eius auxit. Quae res Cleopatrae quidem gaudio erat, sed senatores Romae maxime sollicitavit. Itaque Octavianum cum exercitu ingenti in Antonium mittere statuerunt.

Apud Actium oppidum hostes, qui antea socii fuerant, proelium commiserunt. E quo proelio Cleopatra, quod cladem Antonii timebat, cum classe sua in patriam fugit. Antonius, ubi reginae fugam animadvertit, etiam copias suas reliquit et ipse in Aegyptum contendit. Itaque Octavianus brevi tempore Antonii exercitum vicit et paulo post Alexandriam occupavit. Tum Marcus Antonius gladio se necavit et in manibus Cleopatrae e vita cessit.

Octavianus, quod Cleopatram Romam ferre ibique civibus Romanis in triumpho monstrare constituerat, reginam in eius palatio clausit et custodes ante portas posuit. Ita regina neque fugere neque se ipsam interficere potuit: Octavianus enim omnia arma abstulerat. Sed Cleopatra Octaviano prudentior erat. Serpentem, quam servae clam ad reginam tulerant, in pectore suo posuit. Quae Cleopatram statim morsu necavit.

## 8. De Paridis iudicio.

Iuppiter omnes deos deasque ad nuptias Thetidis et Pelei invitaverat, omnes praeter Discordiam, deam controversiarum. Quae tamen venit et a porta malum aureum medios inter deos iecit, dum dicit: "Hoc malum pulcherrimae deae est!" Quod Iuno, Venus

Minervaque statim de isto malo certare coeperunt, Iuppiter deas ad Paridem, filium Priami regis, misit eumque iudicare iussit.

Prima Iuno huic dixit: "Me delige! Tibi magnum praemium dabo: in omnibus terris regnabis! Praeterea omnium divitissimus eris!" Deinde Minerva dixit: "Si mihi malum dederis, nemo te fortitudine superabit!" Postremo autem Venus dixit: "Si me delegeris, Helenam, pulcherrimam omnium mulierum, uxorem accipies!" Quod id praemium ei maxime placuit, Paris Veneri malum dedit.



Quia Helena uxor Menelai, regis Lacedaemoniorum, erat, Paris Graeciam petere decrevit. Postquam eo venit, rex Paridem summo hospitio recepit et paulo post, quod in Cretam insulam navigare constituerat, uxorem fidei eius mandavit. Eam occasionem Paris non praetermisit. Helenam his verbis adiit: "Regina pulcherrima, nonne amor, quem Venus dea dedit, nos iungit? Si meum in patriam meam veneris, tibi maritus bonus ero!" Deinde, sive his aliisque eiusmodi verbis mulieri persuasit, sive eam vi secum venire coegit, Helenam Troiam duxit.

## 9. De ira Achillis.

Iam diu Graeci moenia alta oppugnabant. Quamquam fortiter pugnabant, tamen Troianos, qui oppidum summa vi defendebant, vincere non potuerunt. Decimo autem anno Achilles, qui semper fortius quam ceteri Graeci pugnaverat, iratus proeliis se abstinebat. Agamemnon enim, qui summum imperium exercitus Graeci obtinebat, Achilli servam pulcherrimam, quam ille maxime amabat, abstulerat.

Quodam die, dum Achilles solus in castris est, Troiani exercitum Graecum pugna vicerunt. Postquam multos Graecos interfecerunt, etiam castra eorum occupare et incendere coeperunt. Tum Patroclus, Achillis amicus, illum his verbis adiit: "Nisi mihi arma tua dederis, Troiani nos certe superabunt!" Ubi Achilles amico arma dedit, ille his armis indutus celeriter in proelium contendit. Troiani, quod eum Achillem putaverunt, metu adducti fugerunt. At Hector, filius Priami regis fortissimus, cum Patroclo pugnare non timuit eumque pugna acerrima interfecit. Quae res Achilli magno dolori erat; diu flebat, priusquam proelio iterum interesse constituit. Atrocissime pugnavit: non solum complures hostes crudeliter cecidit, sed etiam Hectorem ipsum occidit. Neque iram deposuit, sed Hectoris corpus equis iterum et iterum per pulverem traxit. Denique Priamus rex ipse in castra venit, ubi magis precibus quam auro animum Achillis movit. Itaque ei filium mortuum secum Troiam ferre licuit.

Troiani, postquam Hectorem sepeliverunt, iterum pugnare coeperunt. Quo in proelio Paris, frater Hectoris, Achillem interfecit: auxilio Apollinis dei sagittam in calcem Achillis coniecit.



## 10. Thetis Achillem occultat.

Thetis, Achillis mater, olim ab oraculo audiverat: "Si filus tuus bello Troiano intererit, hostes eum interficient." Nonnullis annis post Agamemnon bellum contra Troianos paravit et viros totius Graeciae cogere coepit. Quae ubi Thetis audivit, celeriter filium

ad se vocavit dixitque: "Magno in periculo eris, mi fili, nisi bello te abstinebis. Propera ad Lycomedem regem, qui te inter filias suas occultabit. Ita omnes te virginem putabunt neque Troiam ibis, ubi mors te exspectat."

Itaque Achilles, ille vir fortissimus, veste mulierum indutus inter filias regis se occultabat. At Ulixes, quem Agamemnon Achillem quaerere iusserat, Thetide prudentior erat. Nam filiis Lycomedis complura dona pulcherrima tulit, inter quae etiam arma erant. Haec dona Ulixes media in domo posuit, deinde autem, dum virgines magno cum gaudio ea spectant, amicum quendam signa canere iussit. Virgines celerrime fugerunt, Achilles autem statim arma cepit. Ita omnes virum inter virgines facillime cognoverunt.

## 11. De equo Troiano.

Tum Ulixes, vir prudentissimus Graecorum, intellexit: "Etsi fortissime pugnabimus, moenia altissima ac firmissima tamen numquam superabimus. Oppidum non nisi dolo expugnare poterimus." Itaque consilium prudens cepit: ingens equus ligneus aedificatus est, in quo nonnulli viri fortissimi inclusi sunt. Deinde Graeci, postquam hunc equum ante oppidi portas statuerunt, navibus insulam vicinam petiverunt.

Troiani, ubi castra a Graecis relicta conspexerunt, oppido exierunt et equum in litore invenerunt. Tum Sinon, quem Graeci solum reliquerant, apparuit eisque narravit: "Graeci me deis immolare in animo habebant. Paene necatus sum, sed fugere potui et me sub hoc equo occultavi. Equus donum Minervae est. Quem si intra moenia posueritis, dea vobis semper favebit."

Quod his verbis Troianis persuadere potuit, equus magno cum clamore ad oppidum tractus est. Ibi, quia equus portis maior erat, Troiani partem moenium diruerunt. Ita equum in oppidum trahere et in arce statuere potuerunt.

Deinde Troiani victoriam multo vino celebraverunt. At paucis horis post, dum universi vino fessi somno se dant, Graeci inclusi equo exierunt. Auxilio ceterorum Graecorum, qui interea clam ab insula redierant et porta aperta oppidum intraverant, multa aedificia incenderunt. Troiani frustra se defendere studuerunt: plurimi eorum crudeliter necati sunt, oppidum autem flammis consumptum est.

## 12. De Cassandra.

Apollo deus, quod Cassandrae amorem sibi conciliare voluit, eam his verbis adiit: "Virgo pulcherrima, visne mecum venire? Tibi donum magnum dabo: omnes res futuras videri poteris!" Hoc donum Cassandrae placuit. Quis enim res futuras scire non vult? Itaque primo amorem verum simulavit. Deinde autem, postquam donum a deo



promissum accepit, deo gaudia sperata praebere noluit. Magna erat Apollinis ira. Quod autem id, quod promiserat, revocare non potuit, dixit: "Scientiam rerum futurarum quidem habes, sed ea tibi magno usui non erit. Etsi semper veritatem dices, tamen homines tuis verbis numquam credent." Inde Troiani verba Cassandrae neglegebant.

Postquam Helena a Paride rapta et in patriam ducta est, Cassandra monuit: "Ista mulier nobis magno periculo erit! Oppidum enim nostrum ardere video." At Troianis persuadere non potuit. Decem annis post, dum Troiani equum ligneum illum in oppidum trahunt, Cassandra iterum non tacuit: "Nolite equum in oppidum trahere!", clamavit, "Equus perniciem

nostram secum fert. Hac nocte nos omnes interibimus!" Iterum eius vox a Troianis neglecta est. Cassandra autem non erravit: Troia a Graecis incensa est plurimique Troianorum interfecti sunt. Cassandra ipsa e templo Minervae, ubi manibus sublatis auxilium orabat, rapta et stuprata est. Deinde serva Agamemnonis in Graeciam ducta est.


### 13. De Laocoontis verbis neglectis.

Postquam Graeci navibus quandam insulam petiverunt, Troiani equum relictum invenerunt, qui summa arte aedificatus erat. Quia hunc equum donum deorum putabant, eum in oppidum trahere voluerunt. Tum Laocoon sacerdos ex oppido appropinquavit clamavitque: "O miseri! Hoc donum certe periculum magnum secum fert, sive hic equus viros inclusos continet sive alius dolus ab Ulixes inventus est." Deinde hastam in equum iecit.

Paulo post, dum Laocoon in litore taurum immolat, subito duo serpentes ingentes e mari apparuerunt. Homines convocati spectaculum crudele viderunt: serpentes celeriter Laocoontis filios parvos adierunt atque corpora eorum implicaverunt. Laocoon statim pueris comprehensis auxilio venit, sed mox ipse implicatus est. Ita sacerdos eiusque filii crudeliter necati sunt. Troiani territi deinde dixerunt: "Ei serpentes a deis missi sunt, quod Laocoon hastam in illum equum iecerat." Deinde equum in oppidum traxerunt.

### 14. De carminibus Sirenum.

Postquam Troia occupata est, Ulixes diu per maria errabat. Quo in itinere ad insulam Sirenum quoque pervenit. Sirenes, quibus corpus avis et caput virginis erat, in saxo alto sedebant et pulcherrime canere solebant, cum navem appropinquare videbant. Omnes homines, qui ea carmina pulcherrima audiverant, insulam petiverunt. Sciebat autem Ulixes illos insulam numquam reliquisse, sed ibi interisse. Quod haec carmina tamen ipse audire volebat, sociis dixit: "Aures vestras cera occludam. Me autem diligenter in malum constringite! Etiam si postea aliud imperabo, nolite verbis meis parere!" Ita factum est et paulo post Ulixes dulces Sirenum voces audivit. Pulchriora carmina numquam audiverat. Magna voce clamavit: "Me liberate! Auditisne haec carmina? Hoc litus petere debemus!" At viri neque Ulixem neque Sirenes audire poterant et cursum tenebant. Tandem, quia Ulixem voces non iam audire intellexerant, eum liberaverunt. Qui tum gratias egit, quod eius iussa neglexerant.



### Vocabulario:

Achilles, is m: Aquiles  
Aegyptus : i, f. : Egipto  
Agamemnon : onis, m. : Agamenón  
Alexandria : ae, f. : Alejandría  
Antonius : ii, m. : Antonio  
Apollo : inis, m. : Apolo  
Ariadna : ae, f. : Ariadna  
Cassandra : ae, f. : Casandra (hija de Príamo)

Cleopatra : ae, f. : Cleopatra  
Creta : ae, f. : Creta  
Daedalus : i, m. : Dédalo  
Europa : ae, f. : Europa  
Eurydice, es f: Eurídice  
Graecia : ae, f. : Grecia  
Graecus : a, um : griego  
Hector : oris, m. : Héctor

Iuno : onis, f. : Juno  
 Iuppiter : Iouis, m. : Júpiter  
 Lacedaemonius : i, m. : lacedemonio, espartano  
 Laocoon : Laocoontis, m. : Laocoonte (sacerdote de Apolo en Troya)  
 Lycomedes, is, m: Licomedes  
 Marcus : i, m. : Marco  
 Menelaus : i, m. : Menelao  
 Mercurius : ii, m. : Mercurio  
 Minerua : ae, f. : Minerva  
 Minos : ois, m. : Minos  
 Minotaurus : i, m. : Minotauro  
 Neptunus : i, m. : Neptuno  
 Orpheus : i, m. : Orfeo  
 Paris : idis, m. : Paris  
 Priamus : i, m. : Príamo  
 Proserpina : ae, f. : Prosérpina  
 Roma : ae, f. : Roma  
 Romanus : a, um : romano  
 Sinon, onis m.: Sinón  
 Siren : enis, f. : Sirena  
 Sisyphus : i, m. : Sísifo  
 Tantalus, i, m.: Tántalo  
 Tartarus : i, m. : el Tártaro, los Infiernos  
 Theseus : i, m. : Teseo  
 Thetis, idis, f: Tetis  
 Troia : ae, f. : Troya  
 Troianus : a, um : troyano  
 Ulixes : is, m. : Ulises  
 Venus : neris, f. : Venus  
 a / ab : prép. : + Abl. : a partir de, con un verbo pasivo = por  
 abstineo : es, ere, tinui, tentum : 1. mantener alejado de 2. abstenerse de, mantenerse alejado de  
 ac : conj. : y, y también  
 accipio : is, ere, cepi, ceptum : recibir, coger, aprender (acceptus, a, um : bien recibido, agradable)  
 acer : cris, cre : 1 - agudo, cortante, penetrante, vivo, duro, violento. 2 - penetrante, sutil. 3 - valiente, valeroso, ardoroso. 4 - irritable, severo, cruel, terrible.  
 ad : prep. + ac. : hacia, a, cerca de  
 adduco : is, ere, duxi, ductum : 1. llevar, llevar hacia sí, arrastrar 2. conducir, conducir hacia,  
 adductus : a, um : contraído, arrugado  
 adeo (2) : is, ire, ii, itum : ir a, ir hacia  
 adiuuo : as, are, iuui, iutum : ayudar, secundar  
 adulescens : entis, m. : adolescente, joven  
 aedificium : ii, n. : edificio  
 aedifico : as, are : construir  
 ago : is, ere, egi, actum : 1 - llevar delante de sí, hacer marchar, conducir, empujar, avanzar 2. hacer, tratar, representar; vivir  
 ala : ae, f. : ala  
 alius : a, ud : otro, otra, diferente, distinto  
 alo : is, ere, ui, altum ou alitum : 1. nutrir, alimentar 2. promover, fomentar, desarrollar 3. alimentarse  
 altius : adv. : más alto, más fuerte  
 altum : i, n. : alta mar, profundidad, altura  
 altus : a, um : alto, profundo, grande (metaf.)  
 amarus : a, um : amargo  
 ambulo : a, are : pasearse, ir y venir, caminar  
 amica : ae, f. : amiga, amante, querida, concubina  
 amicus : i, m. : amigo (nom)  
 amicus (2) : a, um : amigo, amistoso, propicio, favorable (adj.)  
 amitto : is, ere, misi, missum : perder, abandonar  
 amo : as, are : amar

amor : oris, m. : amor  
 animaduerto : is, ere, ti, sum : 1. prestar atención, cuidar de 2. conocer, reconocer, constatar, ver 3. reprender, criticar, censurar, castigar  
 animal : alis, n. : ser vivo, animal  
 animo : as, are : animar, dar vida  
 animus : i, m. : corazón, audacia, mente, espíritu  
 annus : i, m. : año  
 ante : prep. + ac. : delante de, ante  
 antea : adv. : antes, delante  
 aperio : is, ire, ui, apertum : abrir, poner al descubierto  
 appareo : es, ere, ui, itum : 1. ser visible, evidente (apparet = es evidente) 2. estar al servicio de, asistir  
 appropinquo : as, are : aproximarse, acercarse  
 apud : prep+ac. : cerca de, en casa de, junto a  
 aqua : ae, f. : agua  
 arbor : oris, f. : árbol  
 arceo : es, ere, ui : contener, retener, rechazar  
 ardeo : es, ere, arsi, arsurus : abrasarse, estar ardiendo  
 arma : orum, n. : armas  
 armo : as, are : armar, fortificar  
 ars : artis, f. : talento, arte  
 artificium : ii, n. : artificio, habilidad  
 arx : arcis, f. : ciudadela, fortaleza  
 ascendo : is, ere, ascendi, ascensum : subir, ascender  
 at : conj. : pero  
 atque : conj. : y, y también, y además  
 atrox : ocis : atroz, cruel, horrible  
 audeo : es, ere, ausus sum : atreverse a, osar  
 audio : is, ire, iui, itum : 1. escuchar 2. oír  
 aufero : fers, ferre, abstuli, ablatum : arrastrar, quitar, arrancar, obtener, cesar  
 augeo : es, ere, auxi, auctum : aumentar, acrecentar  
 auis : is, m. : ave, pájaro  
 aureus : a, um : de oro  
 auris : is, f. : oreja, oído  
 aurum : i, n. : oro  
 autem : conj. : pero, sin embargo, en cambio  
 auxiliior : aris, ari, atus sum : ayudar, llevar auxilio;  
 aliviar, sanar  
 auxilium : ii, n. : ayuda, auxilio  
 bellum : i, n. : guerra, lucha, combate  
 bene : adv. : bien  
 bonus : a, um : bueno, favorable, propicio  
 bos : bouis, m. : buey, vaca  
 breuis : e : breve, corto  
 cado : is, ere, cecidi, casum : caer, morir, decaer, disminuir  
 caedo : is, ere, cecidi, caesum : abatir, matar  
 caelum : i, n. : cielo, clima, aire, atmósfera  
 calx : calcis, f. : talón ; piedra caliza, piedra  
 cano : is, ere, cecini, cantum : cantar  
 cantator : oris, m. : cantor  
 capio : is, ere, cepi, captum : coger, tomar, capturar  
 caput : itis, n. : 1. cabeza 2. extremidad  
 carmen : minis, n. : poema, canto, música  
 castra : orum, n. pl. : campamento  
 casus : us, m. : azar, casualidad, suceso, circunstancia, desgracia, caída  
 cedo : is, ere, cessi, cessum : 1. ir. irse, retirarse 3. ir, llegar 4. ceder, conceder  
 celebros : as, are : celebrar, elogiar  
 celer : eris, ere : rápido, veloz  
 celeriter : inv. : rápidamente  
 cera : ae, f. : cera  
 cerno : is, ere, creui, cretum : distinguir, comprender,

certe : adv. : ciertamente, seguramente  
certo : as, are : combatir, disputar  
certus : a, um : decidido, resuelto, cierto, seguro,  
ceteri : ae, a pl. : los otros, todos los demás  
ciuis : is, m. : ciudadano  
clades : is, f. : desgracia, derrota, desastre militar  
clam : adv. : ocultamente, furtivamente  
clamo : as, are : gritar  
clamor : oris, m. : clamor, griterío, aclamación  
clarus : a, um : brillante, célebre, claro  
classis : is, f. : navío, flota, clase  
claudo : (cludo) is, ere, clausi, clausum : cerrar,  
impedir, terminar, encerrar  
coepio : is, ere, coepi, coeptum : (sobre todo con  
formas de perfecto y supino) : comenzar  
cogito : as, are : pensar, reflexionar, meditar  
cognosco : is, ere, noui, cognitum : 1. aprender a  
conocer, estudiar ; perf. : saber, conocer 2. reconocer  
cogo : is, ere, egi, actum : 1. reunir, juntar, recoger, 2.  
forzar, obligar  
colligo : is, ere, legi, lectum : recoger, reunir;  
estrechar, contraer; pensar en, reflexionar  
committo : is, ere, misi, missum : unir, (- proelium) :  
emprender el combate, arriesgarse, exponerse  
commoueo : es, ere, moui, motum : 1. poner en  
movimiento, desplazar, remover. 2. impresionar,  
agitar, mover . 3. excitar, originar (un sentimiento).  
compleo : es, ere, pleui, pletum : llenar  
complures : ium : pl. muchos, muchísimos.  
comprehendo : is, ere, prehendi, prehensum : asir,  
coger, comprender  
concilio : as, are : conciliar, unir, procurar, reunir  
concipio : is, ere, cepi, ceptum : originar, concebir  
condicio : onis, f. : condición  
conficio : is, ere, feci, factum : 1. hacer (por  
completo) 2. realizar  
coniicio : is, ere, ieci, iectum : lanzar, meter  
coniungo : is, ere, iunxi, iunctum : unir, casar  
consido : is, ere, sedi, sessum : sentarse, establecerse,  
instalarse  
consilium : ii, n. : 1. deliberación, consulta 2. consejo,  
asamblea 3. proyecto, plan 4. aviso 5. sabiduría,  
prudencia  
conspicio : is, ere, spexi, spectrum : ver  
constituo : is, ere, tui, tutum : 1 - colocar. - 2 - poner,  
establecer, levantar, formar - 3 - construir, elevar,  
hacer, fundar, instituir, instalar, establecer, asegurar. -  
4 - disponer, regular, organizar, poner en orden. - 5 -  
fijar, asignar, atribuir, definir, determinar, demostrar.  
- 7 - decidir.  
constringo : is, ere, strinxí, strictum : sujetar, apretar,  
contener  
consumo : is, ere, sumpsi, sumptum : 1. emplear,  
gastar 2. consumir 3. venirse a bajo, destruir  
contendo : is, ere, tendi, tentum : luchar, rivalizar  
contineo : es, ere, tinui, tentum : contener, mantener  
contra : adv. : al contrario, enfrente ; prep+acc : contra  
controuersia : ae, f. : controversia, discusión  
conuenio : is, ire, ueni, uentum : 1. venir  
conjuntamente 2. convenir, adaptarse, casarse  
conuerto : is, ere, uerti, uersum : girar  
conuoco : as, are : convocar  
copia : ae, f. : abundancia, (en plural, riquezas,  
tropas)  
corpus : oris, n. : cuerpo  
credo : is, ere, didi, ditum : confiar, creer  
creresco : is, ere, creui, cretum : nacer, surgir, aparecer

crudelis : e : cruel  
cum : inv. : 1. Preposición + abl. = con 2. conjunción  
+ ind. = cuando, como, mientras 3. conjunción + subj.  
: al tiempo que, mientras  
cunctus : ae, a : todo junto  
cupio : is, ere, i(u)i, itum : desear  
cur : adv. : por qué  
cura : ae, f. : cuidado, preocupación  
curo : as, are : encargarse de, coger un cargo  
curro : is, ere, cucurri, cursum : correr  
cursus : us, m. : carrera, recorrido, trayecto  
custos : odis, m. : guardián  
de : prep. + abl. : de, desde lo alto de,  
dea : ae, f. : diosa  
debeo : es, ere, uí, itum : deber  
decem : adj. num. : diez  
decerno : is, ere, creui, cretum : decretar, decidir  
decimus : a, um : décimo  
dedo : is, ere, dedidi, deditum : dar, entregar  
defendo : is, ere, fendi, fensum : defender, guardar  
deinde : adv. : luego, después  
delecto : as, are : 1. atraer, retener 2. agradar,  
producir placer  
deligo (2) : is, ere, legi, lectum : elegir  
denique : adv. : en fin  
depono : is, ere, posui, positum : deponer, abandonar  
descendo : is, ere, di, sum : descender  
desino : is, ere, sii, situm : ceder  
deuoluo : is, ere, uí, utum : rodar hacia abajo  
deuoro : as, are : devorar, tragar  
deus : i, m. : dios  
dico : is, ere, dixi, dictum : 1 - decir, afirmar,  
dico (2) : as, are : dedicar, consagrar, inaugurar  
dies : ei, m. et f. : día  
diligenter : adv. : atentamente, escrupulosamente  
diruo : is, ere, rui, rutum : demoler, tirar (dirutus, a,  
um : roto, destruido)  
discordia : ae, f. : discordia, desacuerdo, desunión  
diu : adv. : largo tiempo, larga duración  
do : as, dare, dedi, datum : dar, donar  
doleo : es, ere, ui, itum : 1. sufrir 2. estar afligido  
dolor : oris, m. : dolor  
dolus : i, m. : engaño, fraude  
domo : as, are, uí, itum : domar  
domus : us, f. : casa  
donum : i, n. : presente, regalo  
dormio : is, ire, iui, itum : dormir  
draco : onis, m. : dragón  
duco : is, ere, duxi, ductum : I. llevar, conducir  
dulcis : e : dulce  
dum : conj. : 1. + ind. = mientras que, hasta que 2. +  
subj. : con tal que  
duo : ae, o : dos  
e / ex : prep. : + Abl. : de, desde, a partir de  
ego : mei : yo  
eiusmodi : inv. : de esta manera  
enim : conj. : en efecto, pues  
eo : is, ire, iui, itum : ir  
equus : i, m. : caballo  
erro : as, are : vagar; equivocarse, errar  
et : conj. : y. adv. también  
etiam : adv. : todavía, también, incluso  
etsi : conj. : aunque  
excito : as, are : 1 - hacer salir, poner en movimiento.  
- 2 - excitar, estimular. - 3 - provocar  
exeo : is, ire, ii, itum : 1. salir de



exerceo : es, ere, cui, citum : ejercitar, adiestrar,  
 ejercer, practicar  
 exercitus : us, m. : ejército  
 eximius : a, um : distinguido, extraordinario, eximio  
 exitus : us, m. : salida; fin, término  
 expugno : as, are : expugnar, tomar por asalto  
 exspecto : as, are, aui, atum : esperar, aguardar;  
 desear  
 facillime : adv. : superl. del adv. facile : fácilmente  
 facio : is, ere, feci, factum : hacer  
 faueo : es, ere, faui, fautum : favorecer;  
 femina : ae, f. : mujer; hembra  
 fero : fers, ferre, tuli, latum : llevar; soportar; decir  
 fessus : a, um : fatigado, cansado  
 fides : ei, f. : fe, confianza, lealtad  
 filia : ae, f. : hija  
 filius : ii, m. : hijo  
 filum : i, n. : hilo; cuerda; trama  
 finis : is, f. : límite, frontera; fin, término  
 fio : is, fieri, factus sum : [pasiva del verbo facio] ser  
 hecho; suceder  
 firmus : a, um : firme, sólido, estable, resistente ;  
 flamma : ae, f. : llama, fuego; pasión, ardor  
 fleo : es, ere, fleui, fletum : llorar; deplorar, lamentar  
 fons : fontis, m. : fuente, manantial. agua  
 for : aris, fari, fatus sum : hablar, decir  
 fortis : e : fuerte, vigoroso, robusto; valiente, animoso  
 fortissime : adv. : muy valientemente, muy  
 fuertemente  
 fortiter : adv. : valientemente, fuertemente  
 fortitudo : inis, f. : fuerza, bravura; ánimo, energía  
 forum : i, n. : foro, plaza, mercado  
 frater : tris, m. : hermano  
 frustra : adv. : en vano  
 frustro : as, are : frustrar, engañar, burlar; hacer vano  
 fuga : ae, f. : fuga, huida  
 fugio : is, ere, fugi : huir [de], apartarse, esquivar  
 futurus : a, um : [part. fut. de sum] futuro, venidero  
 gaudeo : es, ere, gauisus sum : gozar, alegrarse  
 gaudium : ii, n. : alegría, gozo  
 gero : is, ere, gessi, gestum : llevar; engendrar,  
 producir, hacer  
 gladius : i, m. : espada  
 gratia : ae, f. : gracia, encanto; favor  
 gratus : a, um : grato, agradable; agradecido  
 habeo : es, ere, bui, bitum : tener  
 habito : as, are : habitar, vivir  
 hasta : ae, f. : lanza, venablo  
 haurio : is, ire, hausi, haustum : sacar, extraer;  
 consumir; atravesar, herir  
 hic : haec, hoc : este, esta, esto  
 homo : minis, m. : hombre  
 hora : ae, f. : hora  
 hospitium : i, n. : hospitalidad; alojamiento  
 hostis : is, m. : enemigo; extranjero  
 iacio : is, ere, ieci, iactum : echar, arrojar, lanzar  
 iam : adv. : ya, en este momento  
 ibi : adv. : allí  
 idem : eadem, idem : mismo, el mismo  
 ignotus : a, um : desconocido, ignorante  
 ille : illa, illud : aquel, aquella, aquello  
 immisceo : es, ere, miscui, mixtum : mezclar,  
 confundir  
 immolo : as, are : sacrificar, inmolar  
 imperator : oris, m. : general; emperador  
 imperium : ii, n. : mando, imperio  
 impero : as, are : mandar, ordenar, gobernar

implico : is, ere, plic(a)ui, plic(i o a)tum : enredar,  
 desconcertar; envolver, rodear  
 in : prep. : (ac.) a, hacia, para, contra; (abl.) en  
 incendio : is, ere, cendi, census : encender, quemar,  
 incendiar  
 incipio : is, ere, cepi, ceptum : comenzar  
 includo : is, ere, clusi, clusum : encerrar, cerrar;  
 incluir  
 inde : adv. : de allí; por ello; desde entonces  
 induo : is, ere, indui, indutum : poner, vestir; vestirse;  
 ingens : entis : inmenso, enorme, ingente  
 inquit : vb. defectivo : dice  
 insula : ae, f. : isla  
 intellego : is, ere, lexi, lectum : comprender  
 inter : prep. + Ac. : entre, durante  
 interea : adv. : entretanto, mientras  
 intereo : is, ire, ii, itum : morir, perecer  
 interficio : is, ere, feci, fectum : destruir; matar,  
 interrogo : as, are : interrogar, preguntar  
 intersum : es, esse, fui : estar en medio; asistir, tomar  
 parte  
 intra : prep + ac : dentro de ; adv : en el interior  
 intro : as, are : entrar  
 inuenio : is, ire, ueni, uentum : encontrar; conseguir;  
 inventar, descubrir  
 inuito : as, are : invitar  
 ipse : ipsa, ipsum : mismo, -a; él mismo, ella misma,  
 ira : ae, f. : ira, cólera  
 iratus : a, um : irritado, indignado  
 is : ea, id : este, esta, esto; él, ella, ello (pr. anafórico)  
 iste : a, ud : ese, esa; ése, ésa, eso  
 ita : adv. : así, de este modo ; ita... ut, de tal manera  
 que  
 itaque : conj. : así pues, por consiguiente  
 iter : itineris, n. : camino  
 iterum : inv. : de nuevo  
 iubeo : es, ere, iussi, iussum : 1. ordenar, mandar 2.  
 invitar a, aconsejar a  
 iudicium : ii, n. : juicio; sentencia, decisión  
 iudico : as, are : 1. juzgar, considerar, declarar  
 iungo : is, ere, iunxi, iunctum : unir, juntar; reunir,  
 iussum : i, n. : orden, mandato  
 iuuo : as, are, iuvi, iutum : ayudar  
 laboro : as, are : trabajar, esforzarse en, afanarse  
 latus, a, um : extenso  
 liber : era, erum : libre  
 liberi : orum, m. pl. : niños (hijos e hijas)  
 libero : as, are : liberar  
 libet (impers.) place, agrada, gusta  
 licet : v. impers. : es lícito, está permitido  
 ligneus : a, um : de madera  
 litus : oris, n. : litoral, playa, costa, orilla, ribera  
 locus : i, m. : ubicación, lugar  
 longus : a, um : largo  
 ludo : is, ere, lusi, lusum : jugar, divertirse;  
 representar, cantar, recitar  
 lux : lucis, f. : luz, día  
 magis : adv. : más  
 magnitudo : dinis, f. : grandeza, importancia; fuerza  
 magnus : a, um : grande  
 maior : oris : comp. de magnus. más grande, mayor.  
 malo : mauis, malle, malui : querer más , preferir  
 malum : i, n. : mal, calamidad, desgracia  
 malum (2) : i, n. : manzana  
 malus : a, um : malvado, malo  
 malus, -i (m) : mástil de una nave

mando : as, are : entregar; confiar; encomendar, mandar  
maneo : es, ere, mansi, mansum : permanecer, quedarse  
manus : us, f. : mano; poder  
mare : is, n. : mar  
maritus : i, m. : marido, esposo; novio  
mater : tris, f. : madre  
matrimonium : ii, n. : matrimonio  
maxime : adv. : sobre todo, máximamente, muy  
maximus : a, um : superlativo de magnus  
mecum : pron.+ prep. : conmigo  
medium : ii, n. : medio, centro  
medius : a, um : que está en medio, central, centro de  
meridies : ei, m. : mediodía, sur  
metus : us, m. : miedo, temor  
meus : mea, meum : mi, mío  
miles : itis, m. : soldado  
mirus, a, um : admirable  
miser : a, um : desdichado, mísero  
miseror : aris, ari : compadecer, deplorar, lamentar  
mitto : is, ere, misi, missum : enviar  
moenia : ium, n. : muros, murallas  
moneo : es, ere, ui, itum : advertir, aconsejar  
mons : montis, m. : monte, montaña  
monstro : as, are : indicar, señalar, enseñar  
monstrum : i, n. : prodigio; monstruo  
moriore : eris, i, mortuus sum : morir, consumirse  
mors : mortis, f. : muerte  
morsus : us, m. : mordisco; escozor  
mortuus : a, um : muerto  
moueo : es, ere, moui, motum : mover; conmover  
mox : adv. : luego, pronto  
mulier : is, f. : mujer  
multitudo : dinis, f. : multitud, muchedumbre  
multo : adv. : mucho, muy, con mucho  
multus : a, um : mucho,  
nam : conj. : pues, en efecto  
narro : as, are : narrar, contar  
nauigo : as, are : navegar  
nauis : is, f. : nave  
ne : adv. : ... quidem : ni siquiera  
-ne (part. enclítica) : acaso...?  
neco : as, are : matar  
neglego : is, ere, lexi, lectum : descuidar, despreciar,  
ser indiferente a  
nemo : neminis : nadie  
neque : adv. : = ni, y no  
nihil : o nil : nada  
nisi : conj. : si no, a no ser que; (adv.) a no ser,  
excepto  
nieus : a, um : de nieve, níveo  
noli,- ite + inf. : = ne + imperativo  
nolo : non uis, nolle, nolui : no querer, rehusar  
nomen : inis, n. : 1. nombre, denominación  
non : neg. : no  
nonnullus : a, um : (casi siempre en plural) alguno  
nos : nostrum : nosotros  
noster : tra, trum : adj. nuestro, -a pronom : el nuestro  
nouus : a, um : nuevo  
nox : noctis, f. : noche  
numquam : inv. : nunca  
nunc : adv. : ahora  
nuntius : ii, m. : 1. mensajero 2. noticia, mensaje  
nuptiae : arum, f. pl. : nupcias, boda, casamiento  
o : interjección : oh (exclamación)

obtineo : es, ere, tinui, tentum : 1. obtener, lograr  
occasio : onis, f. : ocasión, oportunidad  
occido : is, ere, occidi, occasum : morir, caer,  
occido (2) : is, ere, occidi, occisum : herir, matar  
occulto : as, are : ocultar  
occupatus : a, um : ocupado, atareado  
occupo : as, are : ocupar; anticiparse; dominar,  
apoderarse  
oculus : i, m. : ojo  
olim : adv. : en otro tiempo  
omnis : e : todo  
onus : eris, n. : carga, peso  
opacus : a, um : umbroso; espeso, frondoso; oscuro  
oppidum : i, n. : plaza fuerte, fortaleza, ciudad  
oppugno : as, are : atacar, sitiar, asaltar (una ciudad)  
opus : operis, n. : obra, trabajo  
oraculum : i, n. : oráculo; predicción, profecía  
oriens : entis : el sol naciente, oriente, levante, el Este  
orior : iris, iri, ortus sum : surgir, salir; levantarse;  
nacer; empezar  
oro : as, are : suplicar, rogar, implorar  
paene : adv. : casi  
palpo : as, are : palpar; acariciar, halagar  
par : paris : igual, análogo - par, paris, m. : pareja, par  
parens : entis, m. : padre o madre; (plural) padres  
pareo : es, ere, ui, itum : aparecer, mostrarse;  
obedecer  
pario : is, ere, pepererit, partum : parir; producir,  
engendrar; procurar, adquirir  
paro : as, are : preparar; procurarse  
pars : partis, f. : parte, fracción, proporción  
paruus : a, um : pequeño, corto, poco, escaso  
pater : tris, m. : padre  
patria : ae, f. : patria  
patrius : a, um : paterno, del padre, tradicional  
pauci : ae, a : pl. un reducido número, algunos  
pauco : es, ere, paui : atemorizarse, asustarse, temer  
paulo : adv. : poco, un poco, algo  
pectus : oris, n. : pecho, corazón, inteligencia  
penna : ae, f. : pluma  
per : prep. : + Ac. : a través de, por, durante  
periculum : i, n. : 1. ensayo, experiencia 2. peligro  
pernicies : iei, f. : ruina, destrucción  
persuadeo : es, ere, asi, asum : persuadir  
peruenio : is, ire, ueni, uentum : llegar  
peto : is, ere, iui, itum : 1. buscar, esperar, atacar, 2.  
intentar llegar a , obtener, investigar, exigir, reclamar  
placeo : es, ere, cui, citum : 1. agradar, deleitar, ser  
agradable 2. parecer bien, opinar, decidir  
placet : impers. : parece bien  
plurimus : a, um : a menudo en pl., el más numeroso,  
el más grande, frecuente  
pono : is, ere, posui, situm : 1. poner 2. quitarse  
encima, dejar 3. colocar, disponer  
porta : ae, f. : puerta  
porto : as, are : llevar, transportar, portear  
possum : potes, posse, potui : poder, ser capaz de  
post : adv. : detrás; después, luego; prep.+ Ac. :  
detrás de  
postea : adv. : luego, enseguida, después  
postquam : conj. : después que, luego que  
postremo : adv. : en fin  
postremus : a, um : último, postrimero  
potestas : atis, f. : 1. poder, potestad  
poto : as, are : beber  
potus : us, m. : bebida  
praebeo : es, ere, bui, bitum : presentar, ofrecer; dar

praemium : ii, n. : recompensa  
 praeter : adv. : excepto prep. : por delante de; más allá de; más que, excepto  
 praeterea : inv. : además; después, en adelante  
 praetermitto : is, ere, misi, missum : omitir, dejar pasar  
 preces : um, f. pl. : preces, oraciones  
 primo : adv. : primeramente, en primer lugar  
 primus : a, um : el primero (comparativo : prior)  
 priusquam : + subj. : antes que  
 proelium : ii, n. : combate  
 promissum : i, n. : promesa  
 promitto : is, ere, misi, missum : prometer, asegurar  
 propero : as, are : tener prisa por (+ inf); apresurarse  
 properus : a, um : rápido, veloz; ávido, impaciente  
 prudens : entis : competente, prudente  
 prudentia : ae, f. : previsión; inteligencia, sagacidad  
 puella : ae, f. : doncella, muchacha, niña; amada  
 puer : eri, m. : niño; hijo  
 pugna : ae, f. : batalla, combate;  
 pugno : as, are : combatir, luchar  
 pulcher : chra, chrum : bello, hermoso  
 pulchritudo : dinis, f. : belleza  
 puluis : eris, m. : polvo  
 punio : is, ire, iui, itum : castigar; vengar  
 puto : as, are : estimar, pensar, creer 4. suponer  
 quaero : is, ere, siui, situm : buscar, interrogar  
 quam : 1. ac. fem. del pron- relativo = que 2. ac. fem. sing del interrogativo = quién? 3. después de si, nisi, ne, num = aliquam 4. relativo = et eam 5. introduce el segundo término de la comparación = que 6. adv. = cuánto  
 quamquam : quanquam + ind. : aunque, por más que; pero, sin embargo  
 -que (conj. enclítica): y  
 queo : is, ire, ii ou iui, itum : poder, ser capaz de  
 qui : quae, quod : que ; interr. ¿quién? ¿cuál?  
 qui (2) : quae, quod, pr. rel : quien, el que, el cual...  
 quia : conj. : porque, puesto que  
 quidam : quaedam, quoddam/quiddam : un tal, un cierto, uno, alguien  
 quidem : adv. : sin duda; por lo menos; aún  
 quis : quae, quid : ¿quién? ¿qué?; después de si, nisi, ne, num, quis es el equivalente de aliquis (alguien, alguno, alguna cosa).  
 quisque : quaeque, quidque : cda, cada uno, cada cosa  
 quod : 1. pron. relativo nom. o ac. neutro sing.: que 2. falso relativo = et id 3. conj. : puesto que 4. después de si, nisi, ne, num = aliquod = cualquier cosa 5. adjetivo interrogativo nom. o ac. neutro sing. = ¿cuál?  
 quomodo : adv. : de qué manera, cómo  
 quoque : adv. : también  
 rapio : is, ere, rapui, raptum : 1. arrastrar 2. arrebatar, tomar, saquear  
 rapto : as, are : arrastrar, arrebatar; saquear  
 recipio : is, ere, cepi, ceptum : sacar; retirarse;  
 recobrar  
 reddo : is, ere, ddidi, dditum : 1. devolver, restituir  
 redeo : is, ire, ii, itum : volver, regresar  
 regina : ae, f. : reina  
 regno : as, are : reinar  
 regnum : i, n. : autoridad, reino, realeza  
 rego : is, ere, rexi, rectum : dirigir, guiar, conducir  
 relabor : eris, lapsus sum : refluir, correr hacia atrás;  
 caer hacia atrás, recaer  
 relinquo : is, ere, reliqui, relictum : dejar, abandonar

res : rei, f. : cosa, suceso, circunstancia, asunto  
 respicio : is, ere, spexi, spectum : volver a mirar;  
 pensar en, contar con  
 respondeo : es, ere, di, sum : responder  
 retineo : es, ere, ui, tentum : retener, mantener  
 reuoco : as, are : volver a llamar; hacer alejarse; hacer retroceder  
 rex : regis, m. : rey  
 sacerdos : dotis, m. : sacerdote  
 sagitta : ae, f. : flecha  
 saxum : i, n. : piedra, roca, peñasco  
 scientia : ae, f. : conocimiento  
 scio : is, ire, sciui, scitum : saber  
 se : pron. refl. : se  
 secum : = cum se : consigo  
 sed : conj. : pero, sino  
 sedeo : es, ere, sedi, sessum : 1. estar sentado 2. asediar  
 semper : adv. : siempre  
 senator : oris, m. : el senador  
 sepelio : is, ire, iui (ii), ultum : sepultar, enterrar  
 serpens : entis, m. y f. : serpiente  
 seruo : as, are : velar por, salvar  
 si : conj. : si  
 signo : as, are : poner su sello, firmar  
 signum : i, n. : signo, enseña  
 simulo : as, are : simular, fingir, hacer semejante  
 sine : prép. + Abl. : sin  
 sino : is, ere, siui, situm : permitir, dejar (libre)  
 siue : (seu) inv. : siue... siue : o...o  
 socius : ii, m. : aliado  
 sol : solis, m. : sol  
 soleo : es, ere, solitus sum : tener por costumbre (solitus, a, um : habitual, ordinario)  
 sollicito : as, are : 1. remover, agitar, conmovier 2. alterar 3. excitar a, provocar à 4. incitar, atraer  
 solum : i, n. : el suelo  
 soluo : is, ere, ui, utum : desatar, pagar,  
 solus : a, um : solo  
 somnus : i, m. : sueño  
 spectaculum : i, n. : espectáculo  
 specto : as, are : mirar  
 spero : as, are : tener esperanza en  
 statim : adv. : al instant  
 statuo : is, ere, statui, statutum : 1.. establecer, poner, situar 2. ser de la opinión, juzgar 3. decidir  
 studeo : es, ere, ui : afanarse, estudiar  
 stupro : as, are : forzar, hacer violencia, violar  
 sub : prep. + Abl. : debajo de  
 subito : inv. : súbitamente, repentinamente  
 subitus : a, um : repentino, súbito  
 sum : es, esse, fui : ser; al inicio de frase: hay  
 summus : a, um : superl. de magnus, muy grande, extremo  
 supero : as, are : vencer  
 suus : a, um : adj. : su; pronom : el suyo, los suyos  
 tabesco : is, ere, bui, - : derretirse, consumirse  
 taceo : es, ere, cui, citum : callarse  
 tam : adv. : tan, tanto  
 tamen : adv. : sin embargo  
 tandem : adv. : finalmente  
 tango : is, ere, tetigi, tactum : tocar  
 taurus : i, m. : toro  
 templum : i, n. : templo  
 tempto : as, are : intentar coger, probar, intentar  
 tempus : oris, n. : tiempo, ocasión  
 teneo : es, ere, ui, tentum : 1. tener, ocupar mantener

tergum : i, n. : espalda  
terra : ae, f. : tierra  
terreo : es, ere, ui, itum : asustar, atemorizar  
timeo : es, ere, timui : temer  
timor : oris, m. : miedo  
tollo : is, tollere, sustuli, sublatum : 1. levantar, alzar,  
llevar 2. llevarse, quitar, suprimir  
totus : a, um : todo entero  
traho : is, ere, traxi, tractum : 1. tirar 2. solicitar,  
atraer 3. arrastrar 4. extraer  
triumphus : i, m. : triunfo (entrada solemne a Roma  
de un general victorioso)  
tu : tui, pron. : tú, te, ti, contigo  
tum : adv. : entonces  
tuus : a, um : tu, el tuyo  
uacca : ae, f. : vaca  
ubi : adv. interr. o rel. : donde, dónde ?; conj. cuando  
uenio : is, ire, ueni, uentum : venir  
uenor : aris, ari : cazar  
uer : eris, n. : la primavera  
uerbum : i, n. : palabra  
ueritas : atis, f. : verdad, lo verdadero  
uerto : is, ere, uerti, uersum : girar, cambiar  
uerum : conj. : verdaderamente, en verdad, pero  
uerus : a, um : verdadero

uester : tra, trum : vuestro  
uestis : is, f. : vestido  
uia : ae, f. : ruta, camino, viaje  
uicinus : a, um : vecino  
uictoria : ae, f. : victoria  
uideo : es, ere, uidi, uisum : ver  
uinco : is, ere, uici, uictum : vencer  
uinum : i, n. : vino  
uir : uiri, m. : hombre, marido.  
uirgo : ginis, f. : virgen, doncella  
uirtus : utis, f. : coraje, honestidad  
uis : -, f. : fuerza  
uita : ae, f. : vida  
uito : as, are : evitar  
umbra : ae, f. : sombra  
uniuersus : a, um : todo entero  
unus : a, um : uno solo, uno  
uoco : as, are : llamar  
uolo : uis, uelle : querer  
uoluo : is, ere, uolui, uolutum : hacer rodar, rodar  
uos : uestrum : vosotros  
uox : uocis, f. : voz  
usus : us, m. : el uso, la utilidad  
utilis : e : útil  
uxor : oris, f. : esposa, mujer